Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

CUS

monuerunt. Et venientes apli ad
iesum renuciauerunt ei omnia que
egerant et docuerant. Et ait illis. Ve
nite seorsum in desertum locum. et re
quiescite paululum. Erant enim
qui veniebant et redibant multi.
et nec manducandi spatium ha
bebant. Et ascendentes nauim abi
erunt in desertum locum seorsum. et
uiderunt eos abeuntes. et cognouerunt
multi. et pedestres de omnibus ciui
tatibus concurrerunt illuc. et preue
nerunt eos. Et exiens iesus uidit
turbam multam. et misertus est super
eos. quia erant sicut oues non ha
bentes pastorem. et cepit docere eos
multa. Et cum iam hora multa
firet. accesserunt discipuli eius di
centes. Desertus est locus hic. et iam
hora preterit. dimitte eos ut euun
tes in proximas uillas. et uicos. e
mant sibi cibos quos manducent.
Et respondens ait illis. Date illis uos
manducare. Et dixerunt ei. Euntes
emamus denarios. ccc. panes. et dabi
mus eis manducare. Et dicit eis.
Et panes habetis? Ite et uidete. Et
cum cognouissent dicunt. Quinque
et duos pisces. Et precepit illis ut
accumbere facerent omnes secundum con
tubernia super uiride fenum. Et dis
cubuerunt in partes. centenos. et qui
quagenos. Et acceptis quinque pani
bus et duobus piscibus intuens in celum
benedixit. et fregit panes. et dedit dis
cipulis suis ut ponerent ante eos.
et duos pisces diuisit omnibus. Et
manducauerunt omnes et saturati
sunt. et sustulerunt reliquias frag
mentorum. xii. cophinos plenos. et
de piscibus. Erant autem qui mandu
cauerunt quinque milia uirorum. Et sta
tim coegit discipulos suos ascen
dere nauem. ut precederent eum trans
fretum ad bethsaydam. donec ipse di
mitteret plebem. Et cum dimisisset eos.
abiit in montem orare. Et cum esset
sero. erat nauis in medio mari. et
ipse solus erat in terra. et uidens eos
laborantes in remigando. erat enim
ventus contrarius eis. Et circa quar
tam uigiliam noctis. uenit ad
eos ambulans super mare. et uo
lebat preire eos. At illi ut uiderunt
eum ambulantem super mare. pu
tauerunt fantasma esse. et exclama
uerunt. Omnes enim eum uiderunt.
et conturbati sunt. Et statim locutus
est cum eis. et dixit illis. Confi
dite. ego sum. nolite timere. Et as
cendit ad illos in naue. et cessauit
ventus. et plus magis intra se
stupebant. non enim intellexerunt
de panibus. Erat enim cor illorum obce
catum. Et cum transfretassent. pe
uenerunt in terram genesareth. et ap
plicuerunt. Cumque egressi essent de na
ui. continuo cognouerunt eum. Et per
currentes uniuersam regionem illam.
ceperunt infirmantes eos in lectulis
circumferre. ubi audie
bant eum esse. Et quocumque intro
ibat in uicos uel uillas. aut ciui
tates. in platis ponebant infir
mos. et deprecabantur eum ut uel
fimbriam uestimenti eius tangerent.
Et quotquot tangebant eum. salui fiebant.

Et conuenerunt. Capl'm. vij.
ad eum pharisei et quidam
de scribis uenientes ab
hierosolymis. Et cum uidisset aliquos
de discipulis eius communibus